io ccx[illegible] sol Venit ergo & tulit corpus iesu. Venit autem & nicho
demus qui uenerat ad iesum nocte primum ferens mix
io ccx[illegible] mt ccc[illegible] mr ccxxx[illegible] l cccxxx[illegible] turam myrre & aloes quasi libras centum. Accepe
runt ergo corpus iesu & ligauerunt eum linteis cum
aromatibus sicut mos iudeis est sepelire. Erat autem
in loco ubi crucifixus est hortus & in horto monumentum
nouum in quo nondum quisquam positus erat. ibi ergo
propter parasceuen iudeorum quia iuxta erat monu
io ccx[illegible] mt cccl[illegible] mr ccxxx[illegible] l cccxxx[illegible] mentum posuerunt eum. Una autem sabbati maria
magdalene uenit mane cum adhuc tenebre essent
ad monumentum & uidit lapidem sublatum a monu
io ccx[illegible] sol mento. Cucurrit ergo & uenit ad simonem petrum
& ad alium discipulum quem amabat iesus & dicit eis.
Tulerunt dominum de monumento & nescimus ubi posue
runt eum. Exiit ergo petrus & ille alius discipulus
& uenerunt ad monumentum. Currebant autem duo
simul & ille alius discipulus precucurrit citius petro
& uenit primus ad monumentum. Et cum se inclinas
set uidit posita lintheamina non tamen introiuit.
Uenit ergo simon petrus sequens eum & introiuit in
monumentum. Et uidit linteamina posita & sudari
um quod fuerat super caput eius non cum linteamini
bus positum sed separatim inuolutum in unum locum.
Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui uenerat
primus ad monumentum & uidit & credidit.
Nondum enim sciebant scripturam quia oporte
ret eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo iteru
io ccxxi mt ccclii mr ccxxxi l cccxxxvi ad semet ipsos discipuli. Maria autem stabat ad
monumentum foris plorans. Dum ergo fleret incli
nauit se & prospexit in monumentum & uidit duos